

betur fervari. §. 2. Aliquando namque juramento deest
 justitia: veluti cum quisquam post votum castitatis ducit
 uxorem, juramento firmans nunquam se ab ea difcessurum;
 quod quamvis illicitum sit, tamen justitia sibi probatur deesse;
 tamen autoritate Augustini fervari precipitur. Hoc autem
 si quis contendat prerogativa conjugii, non propter Reli-
 gionem jurisjurandi contra Domini imperium reservatos. Cùm
 solam Religionem contra Domini imperium reservatos. Cùm
 ergo omne Domini præceptum iustum sit, patet ei iustitiam
 deesse, quod ejus præcepto contrarium invenitur.
 §. 3. Iudicium quoque aliquando juramento constat deesse,
 veluti cum propria temeritate aliquis ductus jurat se manu-
 catum, & bibiturum. Hoc quamvis levitate indidicreta
 illicitum probetur, non tamen ideo violari jubetur.
 §. 4. Juramentum itaque multipliciter illicitum intelligitur.
 Est enim illicitum aliquando ex eo quod juratur, aliquando
 ex eo quod juratur, aliquando ex causa extrinseci, venientis,
 aliquando ex modo jurandi. Ex eo quod juratur, tunc
 est illicitum juramentum, quando id, quod juratur, in sui
 natura vitiosum est, vel vitam adimens, ut adulterium,
 homicidium, & his similia, vel reparari non permittens,
 veluti cum inimico ad pacem non redire, indigenti miseri-
 corditer non subvenire. Ista, quia periculum in se habent
 injuriam; est juramentum firmatum, tamen fervari non
 debent. Circa hæc utique juramenta, intelligenda sunt
 quæ de illicitis juramentis non observandis supra statuta
 leguntur. Quisquis ergo se juramento firmaverit aliquid
 facturum, quo vel corporalis, vel spiritualis salus admittatur,
 vel sine quo utraque salus reparari, vel confirmari non
 possit, fidem promissam fervare prohibetur: quorum exempla
 præmissæ autoritates subjiciunt, dum eum, qui homicidium
 facere, vel alimenta matri, & fratribus non subministrare,
 in adulterio perseverare, vel ad pacem cum adversario non
 redire, juramentum præstando promiserit, salubri consilio
 illicita vota observare non permittunt. §. 5. Est etiam id,
 quod juratur, aliquando vitiosum, non naturæ sui, sed ex
 causis extrinsecis: veluti cum aliquis post votum
 castitatis jurat alicui se habiturum eam in conjugem. Con-
 jugem namque habere, in seipso malum non est: tamen
 huic ex voto perniciosum est. Hoc autem juramentum,
 etiam illicitum sit, non tamen fervari prohibetur: sed de
 violatione voti penitentia sibi jubetur iudici. §. 6. Ex
 modo jurandi tunc est illicitum juramentum, quando
 inconsideratè, & incircumspectè aliquid juratur, quo nec
 corporalis, nec spiritualis salus admittitur, & sine quo utraque
 salus reparari, & vita conservari valet: veluti dum aliquis
 à parentibus coactus, ut Clericatus tonsuram, vel Religionis
 vestem suscipiat; se neutrum facturum juramento firmaverit.
 Hoc quamvis aliquibus videatur reprehensibile, quia opus
 charitatis juramento se non facturum promittit; nulla tamen
 autoritate fervari prohibetur: quia etiam nunquam Clericatus
 tonsuram, vel Religionis vestem suscipiat; non tamen ideo
 minus salutem promereri valet: cum nonnulli in Laicali
 habitu sanctissimi, & Deo dilecti inveniantur. Quo exemplo
 evidenter datur intelligi, quoties aliquis jurat se non factu-
 rum aliquid, quo expeditio sibi via præparetur ad beati-
 tudinem, dummodo sine eo valeat salutem invenire; quod
 juramentum non prohibetur fervare. Unde cum juramus
 nos non duros aliquid alicui, sine quo utraque salus ejus
 potest esse incolumis, est aliqua ex eo sibi commoditas
 præstaretur; nulla tamen autoritate juramentum fervare
 prohibetur, dummodo sit nobis alia via necessitatis ejus
 subveniendi.

SI CONSTITERIT JURAMENTUM SERVANDUM
 ESSE, AN EPISCOPUS SIT REUS PERJURII, QUI
 CONTRA JURAMENTUM ARCHIDIACONUM
 SUUM IRE COMPELLIT.

QUESTIO V.

GRATIAN. I. Pars. Quid autem quinto loco queritur, si licitum esset,
 quod Archidiaconus juraverat, an Episcopus esset reus
 perjurii, qui ad pejerandum Archidiaconum cogebat;
 facile potest discerni. Si enim consentiens pari poena cum
 faciente puniendus est; multo magis ille, qui cogit, reus
 admitti criminis probatur. Unde ait

I. PIUS Papa. [fortè ex Penitentiali Theodori
 c. an. 680. in Anglia.]

Qui pejerare compellit, & qui compellitur, perjurus
 uterque probatur.

Qui compulsus à domino sciens perjurat, utriusque
 sunt perjuri, & dominus, & miles; dominus, quia
 Burch. l. 12. præcepit: miles, quia plus dominum, quam animam dilexit.
 Si liber est, quadraginta dies in pane & aqua poeniteat,
 Ivo, p. 12. c. 61. & septem sequentes annos: si servus ejusdem, tres quadra-
 gesimas; & legitimas ferias poeniteat.

Corr. Rom. Anselmus hoc citat ex Penitentiali
 Theodori; quemadmodum Burchardus, & Ivo seq. cap.

II. Item. [fortè ex Penitentiali Theodori
 c. an. 680. ibid.]

Penitentia ejus, qui in manu Episcopi, aut in cruce
 consecrata pejerat.

Qui pejerat se in manu Episcopi, aut in cruce conse-
 crata, tres annos poeniteat: si vero in cruce conse-
 crata, annum unum poeniteat. Qui autem coactus fuerit,
 & ignorans se pejeraverit, & postea cognoscit; tres
 quadragesimas poeniteat.

PITH. Episcopi. Adit Penitent. Gregorii, vel
 Prebiteri.

III. Item ex Penitentiali Theodori f.
 [c. an. 680. ibid.]

Qua poena sit sciendus, qui necessitate coactus perjurat.

Si quis coactus pro vita redimenda, vel pro qualibet
 causa, vel necessitate perjurat; quia plus corpus, quam
 animam dilexit; tres quadragesimas poeniteat. Alii vero
 judicant tres annos, unum ex his in pane, & aqua.

IV. Item GRASIVS Papa. [fortè c. an.
 494. Romæ.]

Qui pejerat, & alios pejerare facit, qua poena sit sciendus.

Si quis pejeraverit, & alios sciens in perjurium
 duxerit; quadraginta dies poeniteat in pane & aqua, &
 septem sequentes annos, & nunquam sit sine penitentia:
 & alii, si confici fuerint, similtiter poeniteant.

Corr. Rom. Polycarpus tribuit hoc Pio: ceteri
 vero indicati Collectores Pelagio.

V. Item AUGUSTINUS in Sermone de Decola-
 tione S. Joannis, id est, Serm. 11. de Sanctis.
 [fortè c. an. 391. in Africa.]

Homicidam vincit, qui sciens ad perjurium hominem
 compellit.

Ille, qui hominem provocat ad jurationem, & scit
 eum falsum esse juraturum; vincit homicidam: quia
 homicida corpus occidit; ille autem animam; immo duas
 animas, & ejus, quem jurare provocavit, & suam. Scis
 verum esse quod dicit, & falsum esse quod ille dicit; & jurare
 compellis? Ecce jurat, ecce pejerat, ecce perit. Tu quid
 invenisti? immo & tu peristi, qui de illius morte te fatiare
 voluisti.

VI. Item in Sermone de Perjuris, id est,
 in Serm. de Verbis Apostoli, 30. al. 28.
 [c. an. 415. ibid.]

Non peccat, qui juramentum exigit ab eo, quem nescit
 falsum jurare.

Qui exigit jurationem; multum interest, si nescit illum
 falsum juraturum, an scit. Si enim nescit, & ideo
 dicit, jura mihi, ut fides ei fiat; non est peccatum: si
 tamen humana tentatio est. Si autem scit eum fecisse,
 novit fecisse, videt fecisse, & cogit jurare; homicida est.
 Ille enim suo fe perjurio perimit: sed iste manum inter-
 ficentis & impellit.

Corr. Rom. Non est peccatum. In originali est,
 non audeo dicere non esse peccatum. Sed ob casum non
 est mutatum.

VII. Item ex CONCILIO MATISCO-
 NENSI l. c. 17. [an. 581. in Gallia.]

Usque ad exitum vite non communicet, qui alios ad
 perjurium trahit.

Si quis convictus fuerit alios ad falsa testimonia, vel
 perjuriam attraxisse, vel quacumque corruptione soli-
 citate, ipse quidem usque ad exitum vite non communicet;
 si vero, qui ei in perjurio consentisse probatur; postea
 ab omni testimonio sunt removendi: & secundum Legem
 infamia notabuntur.

Corr. Rom. & Falsa. In Concilio ipso Matise,
 (restituta enim est citatio ex manuscriptis, cum antea cita-
 retur Moguntinense) legitur, falsum testimonium, vel
 perjurium.

PITH. Matise. Tempore Gunthramni Regis,
 cap. 22.

Item, qui audit aliquem falsum jurare, & tacet;
 delinquit. Unde

VIII. AUGUSTINUS in Questionibus Levitici,
 q. 1. ad c. 5. Anima, que audivit
 vocem jurantis falsum, &c. [fortè
 c. an. 427. in Africa.]

Cui sit indicandum falsum, quod ab aliquo juratur.

Hoc videtur dicere, peccare hominem, qui audiente
 jurat aliquis falsum; & scit eum falsum jurare, & tacet.
 Tunc autem scit; si ei rei, de qua juratur, testis fuit; aut vidit,
 aut confessus fuit, id est, aliquo modo cognovit, aut oculis suis
 confixit, aut ipse, qui jurat, illi indicavit. Ita enim potuit
 esse confusus. Sed inter timorem hujus peccati, &
 timorem proditoris hominum non parva existit plerumque
 tentatio. Possimus enim paratum ad perjurium admonendo,
 vel prohibendo à tam gravi peccato revocare: sed si non audie-
 rit, & coram nobis de re, quam novimus, falsum juraverit;
 utrum prodendus sit, si proditus etiam periculum mortis in-
 currat.

currat; difficillima questio est. Sed quia non expressit,
 cui hoc indicandum sit, utrum illi, cui juratur, an Sacer-
 doti cuiusquam, qui non solum eum persequi non potest
 irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest; vi-
 detur mihi, quod se homo solvat à peccati vinculo; si
 indicet talibus, qui magis possunt prodesse, quam obesse
 perjurio, sive ad corrigendum eum, sive ad Deum pro illo
 placandum; si & ipse confessionis adhibeat disciplinam.

GRATIAN. Si ergo iste, ut supra dictum est, qui audit falsum ju-
 rare, & tacet, delinquit; multo magis ille reus est, qui
 ad pejerandum aliquem compellit. §. 1. Queritur de
 eo, qui verborum calliditate se circumvenire putat illum,
 cui juramentum defert, an sit reus perjurii, nisi servaverit,
 quod jurasse creditur. De hoc ita scribit

IX. ISIDORUS Sententiarum lib. 2. c. 31.
 [c. an. 625. in Hispania.]

De eo, qui calliditate verborum jurat.

Quacumque arte verborum quique juret; Deus tamen,
 qui conscientia testis est, ita hoc accipit, sicut ille,
 cui juratur, intelligit. Dupliciter autem reus fit: quia
 & Dei nomen in vanum assumit, & proximum dolo capit.

X. Item ex SANCTI AUGUSTINI Ser-
 mone trigesimo, de Verbis Apostoli. [c.
 an. 415. in Africa.]

Perjurus est, qui super lapidem falsum jurat.

Ecce dico Charitati vestræ, & qui super lapidem fal-
 sum jurat, perjurus est. Unde hoc dico? quia multi
 & in hoc falluntur, & putant, quia nihil est, per quod
 jurant, non se crimine teneri perjurii. Proterus perjurus
 est: quia per id, quod sanctum non putat, falsum jurat.
 Si tu illud & sanctum non putas: sanctum puta, qui ju-
 ras. Non enim quando juras, tibi juras, aut lapidi juras:
 sed proximo juras. Homini juras ante lapidem: sed num-
 quid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem: sed
 punit te Deus fallentem.

Corr. Rom. Non putat. Sic etiam Ivo. In origi-
 nali est sine negatione, & fortè legendum, putat.
 Si tu illud. In codicibus Augustini impressis, & uno
 Vaticano legitur, sed ego illum sanctum non puto. In al-
 tero vero etiam Vaticano, & apud Ivonem, sed ego illud
 sanctum non puto.

Putat. Sic in codicibus impressis B. Augustini: sed in
 uno Vaticano, & apud Ivonem, & Pannormiam, & in ali-
 quot vetustis Gratiani exemplaribus, putat.

GRATIAN. SED objicit illud

XI. GREGORIUS l. 26. lib. Moral. c. 7. [an.
 590. Romæ.]

Apud Deum verba nostra non ex ore, sed ex corde
 procedunt.

Humane aures verba nostra talia judicant, qualia foris
 sonant. Divina vero judicant, talia ea audiunt, qualia
 ex intus proferturuntur. §. 1. Certè novit ille, qui
 intentionem & voluntatem alterius variis explicat verbis;
 quia non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem
 & intentionem: quia non debet intentio verbis deservire,
 sed verba intentioni.

GRATIAN. Si ergo Divina judicant verba nostra talia foris audiunt,
 qualia ex intus proferturuntur, si intentio non debet servare
 verbis, sed verba intentioni; patet, quod Deus non acci-
 pit sic juramentum, sicut ille, cui juratur: sed potius
 sicut qui jurat, intelligit; cum recipienti non ex intimis,
 sed ex his, quæ proferturuntur foris, verba nostra sonent.

§. 1. Item objicitur, qui jurat super lapidem, putans se
 jurare super sacrosancta Evangelia, perinde tenetur, ac si
 super Evangelia juraverit: licet ille cui jurat, ideo super
 lapidem illum jurare fecerit, ne non servando quod pro-
 mittit, reatu perjurii teneatur. §. 2. Item objicitur de
 civibus, qui credunt se jurare obedituros Consulibus suis
 in omnibus, quæ sibi imperata fuerint pro honore suæ ci-
 vilitatis: ne vero obedientiam reculant, reatu perjurii il-
 laqueantur; supponitur Breve juraturis, in quo aliud con-
 tinetur, quam se juratos arbitrentur; videlicet ne Padum
 in Nilum convertant, vel aliquid hujusmodi faciant. Si
 ergo contra hoc, quod se jurasse crediderant, Consulibus
 suis obedientiam denegarent; numquid secundum intentio-
 nem recipientis, an potius secundum intentionem jurantis
 juramentum Deus illud acciperet? §. 3. Item, si inno-
 cens de adulterio, vel furto impetitus, innocentiam suam
 vellet asserere, juraret autem se ab objectis fide esse immu-
 nis, sicut in Brevi illo continetur, quod manus suis fide
 scripsisse arbitrat, continetur autem in illo hunc reus
 esse obiectorum; numquid à Domino perjurus reputabitur?
 aut numquid poterit argui se jurasse, adulterii, aut furti
 reatum incurrisse? Non. Hinc etiam

XII. CHROMATIUS in c. 5. Matthæi. [c.
 an. 400. Aquileia.]

Pars I.

Inter juramentum, & locutionem fidelium nulla debet
 esse differentia.

Juramenti hæc causa est: quia omnis, qui jurat, ad hoc
 jurat, ut quod verum est, eloquatur. Et ideo Dominus
 inter juramentum, & loquelam nostram, nullam vult esse
 distantiam: quia sicut in juramento nullam convenit esse
 perfidiam; ita quoque in verbis nostris nullum debet esse
 mendacium: quia utrumque & perjurium & mendacium
 Divini iudicii poena damnatur, dicente Scriptura: Or, d Sep. 1.
 quod mentitur, occidit animam. Quisquis ergo verum lo-
 quitur, jurat; quia scriptum est: Testis fidelis non men-
 titur. Prov. 14.

Corr. Rom. & Chromatius. Antea citabatur, Chry-
 sostomus: cui errori occasionem dederat similitudo prima-
 rum literarum.

XIII. IDEM f. [c. an. 400. ibid.]

Antequam aliquis juret, pejerat, si contra conscientiam
 jurare parat.

Qui pejerare paratus est, antequam juret, jam perjurus
 esse videtur: quia Deus non ex operibus judicat, sed
 ex cogitationibus, & ex corde.

Ex his omnibus colligitur, quod juramenta secundum
 intentionem præstantis, non recipientis à Deo judicantur.
 Quomodo ergo secundum Iidorum quacumque arte verbo-
 rum quis jurat; Deus sic accipit, sicut ille, cui juratur,
 intelligit? sed sicut aliud est, callida arte verborum jurare,
 aliud simpliciter intentionem suam jurando enuntiare; sic
 aliud est simpliciter intentionem juramentum factum recipere,
 aliud in recipiendo calliditate uti: quia sicut quisquam
 apud Deum non valet aliquem ledere; sic nec præter ejus
 intentionem valet quis alicui subvenire. Deus autem du-
 plicitatis aspernatur simplicem intentionem utriusque confi-
 derat: & tam ex parte recipientis, quam ex parte præ-
 stantis verborum artem aspernatur & odit. §. 1. De æta-
 te vero jurantium queritur, qua ætate quisque ad juran-
 dum debeat cogi. De quo sic invenitur definitum

XIV. IN PRIMO LIBRO Capitulum c. 63.
 [an. 789. Aquigrani.]

Ante rationabiles annos, aliqui non cogantur jurare.

Parvuli, qui sine rationabili ætate sunt, non cogan-
 tur jurare, licet Gumbodigni faciunt. Et qui semel
 perjuratus fuerit; nec testis sit post hoc, nec ad sacramen-
 tum accedat, nec in sua causa vel alterius jurator existat.

Corr. Rom. & Sicut Gumbodigni faciunt. Adita
 isthæc sunt ex originali.
 PITH. Paventi. Constit. Karoli 24.

XV. Item ex CONCILIO ELIBERITANO.
 [fortè an. 305. in Hispania.]

Ante quatuordecim annos nullus jurare cogatur.

Pueri ante annos quatuordecim non cogantur jurare.
 Puella quoque, si in puerili ætate sita in domo patris,
 illo nesciente, juramento se constrinxerit; & pater ejus,
 ut audierit, statim contradixerit; vota ejus, & juramenta
 irrita erunt, & facillius emendabitur.

Corr. Rom. Burchardus hoc citat ex Conc. Hi-
 berneni: ut alia, quæ Concilio Eliberitano tribuuntur.

XVI. Item CORNELIUS Papa i. [simò ex i.
 Capitulum lib. 1. c. 63. an. 789. Aquigrani.] c. 63.

De eodem, & ut à jejunis juramenta præstentur.

Honestum etiam videtur, ut qui in sanctis audeat
 jurare, hoc jejunus faciat cum omni honestate, & ti-
 more Dei: & ut pueri ante annos quatuordecim non co-
 gantur jurare.

Corr. Rom. Ceteri etiam Collectores citant ex
 Decretis Cornelii Papa. Extat autem lib. 1. Capitulum c. 63.
 nonnullis præterea verbis interjectis. Et inde referunt
 hujus Capituli partem Ivo c. 33.
 PITH. Honestum. Constit. Karoli 70. 24.
 Audeat. V. C. habet.

PRÆTEREA sunt quedam tempora, quibus jurare pro-
 hibetur. Unde

XVII. IN CONCILIO apud sanctum Medar-
 dum habito. [an. 853. in Gallia.]

Quibus temporibus jurare prohibebitur.

Decrevit sancta Synodus, ut à Septuagesima usque in octa-
 vam Paschæ, & ab adventu Domini usque in octa-
 vam Epiphaniæ, nec non & in jejunis Quatuor temporum,
 & in Litanis majoribus, & in diebus Dominicis, & in die-
 bus Rogationum (nisi de concordia & pacificatione) nullus
 super sacra Evangelia jurare præsumat.

De forma verò fidelitatis, & quid quisque debeat do-
 mino, vel e converso; sic invenitur

XVIII. IN EPISTOLA Fulberti Episcopi
 [c. an. 1020. in Gallia.]

In usus Foulorum,
 l. 2. tit. 6.